



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118316

§. 121. Quatuordecim Cardinales a Felice Anti-Papa creati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

Sæcul. XV.
A. C. 1440.

§. CXX.

Felix Basileæ Papa coronatus.

Interea Felix hujus nominis quintus die vigesima quarta Junii, quæ erat Sancto Joanni Baptistæ sacra, Basileam peten- venit.

§. CXXI.

Quatuor Cardinales a Felice creati.

Æn. Sylv. in ep. ad Joan. de Segov. in Fasc. p. 52. Ut autem solemniori apparatu Basileam peteret, jam præcedente Mense Aprilii quatuor Præsules Cardinalium Collegio adscripsit, nimirum, Ludovicum Lausanensem Episcopum, Bartholomæum Episcopum Novarrensem, Valderamum electum Trajectensem, & Alphonsum Carrillum Protonotarium, quam Cardinalium nominationem Synodus Basileensis ratihabuit. Ceterum nullus ex hisce neo-creatis Cardinalibus, nisi forte unus (ut fertur) Felicem Basileam comitabatur. Tandem Felix integro mense, ex quo hanc urbem intravit, elapso, scilicet die vigesima quarta Julii, quæ erat altera a præcedenti Sessione dies, primum per Arelatensem Cardinalem in Episcopum ordinatus, ac demum Papali diademate coronatus est. Solemni huic cæremonia assistebant Ludovicus Sabau-
dia

diæ Dux Amadæi Filius, Philippus Ge-
 nevensis Comes, ejusdem frater, & alter Sæcul. XV.
A.C. 1440.
 Ludovicus Salutarum Marchio unacum
 tota Sabaudia Nobilium corona. Ad-
 erant quoque Rotelensis Marchio, Con-
 radus de Weinsperg hæreditarius Impe-
 rii Camerarius, Comes de Tierstein, nec-
 non Argentina, Bernæ, Friburgi, & So-
 lodori Delegati, omnesque Helveticorum
 Pagorum Primores, ita ut tum Basilea
 in suo ambitu quinquaginta ferme homi-
 num millia numeraret. Ne vero tumul-
 tus atque rixæ orirentur, mille juvenes
 conducti fuerunt virium robore, ac corporis
 firmitate valentes. Eadem die neo-ele-
 ctus Pontifex, confirmato, quod prius
 assumpserat, Felicis V. nomine, primum
 divino Numini Sacrificium insigni splen-
 dore offerebat, sub quo dignitatis Ponti-
 ficia sacris initiatus, Tiara redimitus est,
 quæ gemis & copia & pretio adeo præclaris
 ornabatur, ut illius valorem triginta au-
 reorum millia æquasse, Æneas Sylvius
 testetur. Resonabant undique festivi ap-
 plausus eorum, qui longævam Pontifici
 vitam precabantur, quibus vicissim Pa-
 pa, ut gratum exhiberet animum, in-
 dulgentias concessit, & populo benedixit.
 Absolutis coronationis ritibus solemnibus
 habebatur supplicatio, in qua singuli
 servato dignitatis ordine procedebant, ac
 ipse demum Pontifex agmen claudebat,
 quem

Sæcul. XV. quem nonnisi duo Cardinales præstant,
 A.C. 1440. & Dertusensis ac Vicentinus Episcopi Dis-
 conorum ministerio fungebantur.

§. CXXII.

*Judæi Felici librum legis suæ
 offerunt.*

Eadem occasione Judæi Legis suæ li-
 brum offerebant: Felix legem qui-
 dem multis elogiis celebrabat, gentis
 vero hujus superstitionem ac cæcitatem
 diris devovebat. Demum obviam ha-
 buit Ordinis Prædicatorum Priorem, Re-
 ligiosorum suorum corona cinctum, qui
 Felicem ad suum monasterium conduce-
 bant, illiusque claves coram Altari po-
 sitas eidem porrigebant. Hac ratione
 solemnitas ista supplicatio nonnisi tertia
 pomeridiana absoluta est.

§. CXXIII.

Sessio XLII. Basileensis Synodi.

Labb. Conc. Cum Felix, Eugenio Papa patrimonium
to 12 p. 644. S. Petri possidente, nullos omnino
Et tom. 13. proventus ex suo Pontificatu percipere
p. 1585. posset, aliunde vero impendiis haud exi-
 guis ad tuendum dignitatis suæ decorem
 indigeret, hinc Basileenses in quosdam
 succurrendi modos diu inquirebant, tan-
 dem vero in publica Sessione quadrage-
 sima